



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinj Ordinis  
Vetustissimi Amplissimique, Nostra, ac supera ætate  
Immarcescibilis Vigor, ac Viror**

**Bucelin, Gabriel**

**[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.**

Iesu Christi Annus. M.D.XLVIII. Sancti Patris Benedicti M.LXVIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38498**

I E S U C H R I S T I A N N U S M . D . X L V I I I .

S a n c t i P a t r i s B e n e d i c t i M . L X V I I .

**L**ugubris hic annus Ordini universitatis Ecclesiae, morte viri præstantissimi, & tanto culmine honorum dignissimi,

*Moritur  
Gregorius  
Cortesius S.  
R. E. Car-  
dinatus.*

Eminentissimi nimurum & illustrissimi Cardinalium S. R. E. Syderis Gregorij Cortesij ex Monacho & Abbatore S. Benedicti prope Mantuam Cenobij, ad purpuram electi, in purpura niveo animi candore eximij, omni Virtutum cultu ornatissimi, ut ipse purpuram magis ornaret, quam ab ipsa ornaretur, ad omnes pro Ecclesia exantandos labores ad sanguinem usque patassim, in consulendo prudentissimi, in exequendo dexterimi, qui cum eruditione singulari non minus præstaret, quam integerrimæ mentis summis dotibus, Græcè non minus quam Latinè doctus, multa egrégij ingenij posteritati sequitura reliquit monumenta, è quibus tamen, incertum quo casu sublatis sive deperditis, pauca, quæ subsignamus, superesse memorantur.

De Viris Illustribus Ordinis Monastici

Liber unus.

Hymnorum variorum diverso metro

Liber I.

*Eius scripta* Quod Sanctus Petrus Apostolus Roma

fuerit. Liber I.

Epistolarum familiarium ad diversos.

Liber I.

S. Basilius de Virginitate ab ipso ex Graeco in Latinum sermonem versus &amp;c.

Js quanti semper cucullum fecerit, atque adeo præ hoc riserit purpuram, in ipsa morte, pulcherrimo sanè dicto comprobavit; cum imminente supremâ horâ ministrum quendam suum sibi à cubiculis compellans: Ecce jam, inquit, ecce pluribus annis Cardinalis fuimus: quid autem nunc saperest de hoc honore? Quanto fatus fuerat in Religionem, ubi minus erat anima periculum? Mortuus tamen eo securior est: quanto solertiùs, & quod sui muneris erat, expendit, & pericula cautius declinavit: certus quanti periculi esset toti orbi Christiano comprobare, Apostolico Ordini & Collegio insertum, Christi in terris Vicario proximum, talem vitæ, moribus, & meritis esse, qui & dignus eligi sit pro summo Ecclesiæ capite, & dignus eligere, dignusque consulere ex dictatis Divini Spiritus

Ecclesia Universæ. Hæc Gregorius noster distinctissime expendens, purpuram non exambijs, sed expavit, & reculavit, invitus retinuit, & tamen nunquam acceptasse optavit. *Alph.*  
*Ciacon. Parvin. Hier. Platus &c.*

Hoc ipso anno probatus solemniter est à Paulo III. Farnesio summo Pontifice *Liber ille aureus Exercitorum Sacrorum* à sanctissimo Societatis Jesu Instituto Ignatio Manresa primum, ut supra diximus, meditatus & compositus, ac deinceps diligentius elaboratus, ad cuius perfectionem haud modice fecisse Montferratenium nostrorum diligentiam & instructionem, atque Joannis principi Cianonij Machi, viri eruditæ & sancti, qui à Confessionibus Ignatio fuerat, dictamen, opem atque operam; sed ante omnia materiam subministrasse & coequre induxisse Beatæ memorie Garzia Cisnerij Abbatis ejusdem loci Exercitorum librum, monumenta Montferratenia docent, & ex his Antonius de Yepes noster, Marcus Ant. Scipio, aliquæ affirmant, & luculentè demonstrant.

Magno omnino Regni Gallici ornamento, Ordinis Monastici tam virorum quam viraginum sanctissima Reformatio invalescit, ad confusione invalescentium, per omnem libidinem & licentiam Hæresum, docente ad oculum Numine, quanta sit gratia Crucem suam ultro suscipientibus & amplectentibus, & quanta obsecratio illam aspernantium, illico in tantos tamque abominabiles errores præcipitantium, certè ex unico S. Petri Remensis Cenobio, ad diversa paucimodo toto Regno Cenobia, exemplaria viva sanctitatis experita, plurimum Catholicos sancto exemplo in fide Orthodoxa confirmarunt, ex illis hoc ipso anno Margarita de Salazar ad S. Petri de Polongao in Diœcesi Lingonensi postulata, & Abbatisa creata, Disciplina Regularis curam diligentissimam habuit, multisque alijs Cenobijs facem prætulit; ut nihil de Viris Ordinis præstantibus dicamus, pro meritis ad diversas Cathedras expeditis.

I E S U C H R I S T I A N N U S M . D . X L I X .

S a n c t i P a t r i s B e n e d i c t i M . L X I X .

**M**Emorabile fortitudinis & patientiæ exemplar, Jidorus Clarius

V. Joan.  
Cianonij  
LiberExa-  
citorum.

Reforma-  
tionis in  
Gallia sue-  
cessus.